



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Eiusdem hymnus de eodem S. Iohanne ad Vesperas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

DECEMBER.

II.32

titulis Angelicæ dignitatibus emicat, locum in exilio non requirat. In cassum porrè terrena lucra congerimus, qui diuitias immortales in regni cœlestis palatio possidemus. Quem ergò pondus terrena corruptionis aggrauat, rerum extrinsecus affluentium copia non extollat. Qui ad hoc constitutus est, ut totis viribus iugiter cum aduersario dimicet, torporis hunc & negligentiæ dissolutio non eneruet. Sic, sic per diuinæ pietatis auxilium, & florentes virtutibus, & viuis repudium dantes, si hic eum sequimur, qui nobis iter Crucis ostendit, illuc perueniemus ad eum, qui calcato mortis imperio, cælum cum triumphali gloria penetravit, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

EIVSDEM HYMNVS DE IPSO SANTO IOHANNE EVANGELISTA
ad Vesperas.

S. Iohannes
virgo.4

Item' fluui*
paradisi, &
iubar cæli.

Hæresum
interceptor.



Irginis virgo venerande custos,
Magnus æternilogotheta Verbi,
Dele seruorum facinus tuorum,
Sancte Iohannes.

Tu patrem carnis subito relinquis,
Sicque cælestem sequeris Parentem,
Piscibus spretis, hominum iuberis

Claudere turbam.

Fonte prorumpens fluuius perenni
Curris, arentis satiator orbis.
Hausit ex pleno modo quod propinat
Pectore pectus.

Tu decus mundi, iubar atque cæli,
Impetra nostris veniam ruinis.
Da sacramentum penetrare summum
Quod docuisti.

Patris arcuum speculando Verbum,
Tollis errorem fidei per orbem.
Nos ad æternam speciem fruendam,
Dux bone transfer.

Laus honor Patri, parilique proli,
Vna maieftas, eadem potestas:
Cum quibus sanctus simul implet omnem
Spiritus orbem.

Amen.

BASI

SURITU

g. b. x.
IOSEPH

EVIII

5